

& in rebus necessarijs ita adiuuantur, ut reuera nullo bono, modo salubri ac necessario, destituatur. Hæc vtiq; habent ex dono & bonitate Dei. Quis autem piorum queretur de odio, contemptu ac egestate inter reprobos in hoc seculo: & non magis Deo gratias aget de gratia, gloria & rerum necessariarum sufficiëtia, quibus inter pios honoratur, deq; futura illa gloria & cōsummatisima cœlestis vitæ felicitate? Annón satius est, acceptum esse pijs, quām impijs? honorari à bonis, quām à reprobis: rebus necessarijs potiri inter pios, quām abundare diuitijs inter impios? cœlesti ac perpetua in cœlis coram Deo & omnibus angelis ac pijs, frui gratia, gloria & felicitate, quām peritum gratiam, gloriam & opulentiam inuenire coram impijs? Est igitur omnino verum, quod propheta Dominum integris gratiam & gloriam, ac bonorum sufficientiam largiri dicit, quantumuis diuersum in hoc seculo videatur.

## V L T I M A P A R S.

## 12. Domine exercituum, beatus homo, qui sperat in te.

Luce 11.

1. Reg. 10.

OBS. 1.

OBS. 2.

Sen. li. 1. E.

pist. 10. Spes,

ingt. incerti

boni nomen

est. Proverb.

13. Spes que

differtur, ad

fligit anima.

Vltima Psalmi parte Psalmum exclamatione concludit, sicuti solent animi crebris & ardentibus cogitationibus exstuantes, & tandem in sententiam aliquam prorumpentes. Postquam enim cōmeinorauit Deum esse suorum solem ac clypeum, eosq; pro sua bonitate quoquis bonorum generē adficere, in hanc exclamationem erupit, ut beatum prædicet eum, qui spei suam in ipsum collacet. Quibus verbis non tam beatitudinem sperantis hominis, quām bonitatem Dei sperantes in se, non deserētis, prædicat & extollit. Talis est illa exclamatio Euangelicæ mulieris, quæ dicebat: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ susisti. Vbi Christus magis quām maternus uterus extollitur. Sic Regina Sabba cūm dicebat: Beati sunt serui tui, qui hīc stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam: magis amplitudinem sapientiæ Salomonis, quām beatitudinem seruorum illam audientium extollebat.

*[Qui sperat.]* Notandum hīc est quod dicit: Qui sperat in te: cūm de illis loquatur, qui integrè corā Deo ambulant: quibus versu præcedenti dixit, Deum dare gratiam, gloriam, & quodcumq; bonum, esse illig solem & clypeum. Ergo eiusdē est animi, integrè ac sincerè ambulare coram Deo, & in illum sperare.

*[In te.]* Quòd felicitatem sperantibus in Deum deputet id quod multis Scripturę locis fieri videamus. quòd referri debeat, ex præcedētibus, vt monui, intelligendum est. Nam alioqui spes in se, nec tantū est meriti, vt felicitatem promereatur: nec eius conditionis & naturę, vt hanc per se adferat. Est enim in se magis miserum quām beatum sperare. Vbi enim spe viuitur, ea certè quę sperantur, nondum possidētur. Alioqui, vt beatus Paulus arguit: Quid sperares quę habes? verū quoniam Deus, in quem sperant pijs, sol est & clypeus sperantibus in se: propter hanc illius bonitatem, qua non deserit sperantes in se, beati dicuntur, sperantes in illum. Ideo Propheta rectè hīc non simpli citer dicit, Beatus homo qui sperat, sed addit, In te. Est ergo vñica hēc via, qua homo בָּרוּךְ ille miser & B infelix, veram felicitatem apprehendat, spes immota in Deum, ex cordis sinceritate, quæ est fides illibata, pro manans.

## PSALMVS LXXXV.

## AD PRAECINENDVM LILIIS CORAH PSALMVS.

## ARGUMENTVM.

**N**on est hic Psalmus priuati cuiuspiam affectus, quo priuatis de causis coram Deo agatur, sed planè publici. Causam namq; populi Dei Propheta, non suam ipsius aliquam hīc agit. Sunt autem due illius partes. Prima vers. 7. prioribus orationem habet ad Deum, pro reconciliatione ac salute populi impetranda. Altera reliquæ 6. versibus vaticinium canit de futura in populo Dei salute, gloria, fide, bonitate, iustitia & pace.

VERS. I.



AVISTI Domine terræ tuae, reduxisti captiuitatem Iacob.

2. Remisisti iniquitatem populi, operisti omne peccatum eorum. Selah.

3. Continuisti omnem iram tuam, conuersus es ab ira indignationis tue.

4. Conuerte nos Deus salutis nostra, &amp; solue iram tuam à nobis.

5. In aternūmne irascēris nobis, aut extendes iram tuā à generatione in generationē?

6. Nōnne tu conuersus viuificas nos, &amp; populustuus latabitur in te?

7. Ostende nobis Domine bonitatem tuam, &amp; salutem tuam da nobis.

LECTIO.

Vers. 1.

Vers. 6.

EXPLA-

NATIÖ.

Fauisti.] Vulgata Lat. legit: Benedixisti. Græc. tamen, ἀβόλοντος. Hieron. Placatus es. Iustin. Voluntas tua Deus. Felix: Dilexisti. Pagninus: Complacuisti. Campen. Reconciliatus es.

Nōnne conuersus.] Ebr. est נָבֵן. Græc. & vulg. Lat. Deus tu conuersus.

Prior hæc Psalmi pars bimembbris est. Primum enim vers. 1. 2. 3. 4. benevolentiam, beneficentiam & gratiam Dei Propheta cōmemorat, quas ille in populūm priscis téporibus declarauerat. Fauisti, inquit, Domine terræ tuae. Terram Cœnan intelligit, patribus, Abrahæ, Isaac & Iacob olim promissam, ac tandem Israëli in possessionem traditam. Hanc vocat Dei terram: non eo modo, quo omnis terra Dei est, sed propterea quòd is hanc sibi extoto Orbe ad hoc singulariter delegerat, vt nomen suū in illa clarificaret. Hoc intelligit, cūm dicit: Fauisti Domine terræ tuae. Non ita fecisset ad propōsum, si dixisset: Fauisti Domine terræ nostræ. Quæ sequuntur vsq; ad versum quartum, ea concernunt, quibus benevolentiam & gratiam suam Deus erga populum suum ostenderat. Illa duabus particulis

comma